

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli p  
cum uariis

Misit Christus apostolos quasi sol radios suos, quasi rosa suauiates sui odoris, quasi ignis scintillas suas dispersit, ut sicut sol in radiis apparet, sicut rosa in odoribus suis sentitur, sicut ignis in scintillis suis aspicitur, sic in illorum uirtutibus Christi potencia agnoscatur. Quis enim uidens discipulos bene instructos non scienciam magistri collaudet? Faciebat enim mirabilia Christus; faciebant et discipuli eius et inter mirabilium operationes maior fama uirtutum crescebat.

Crisostomus super Mattheum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

sui odoris] odoris sui P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; agnoscatur] agnoscitur L<sup>2</sup>; collaudet] collaudat P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>  
L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>